Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793745-p0001-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793745-p0002-0

10150, 51
7.
1766, 2.

# ORDINARIVS
## SENIOR ET RELIQVI DOCTORES
FACVLTATIS IVRIDICAE LIPSIENSIS

## SVMMOS IN IVRE HONORES
CVM SPE SVO TEMPORE LOCVM IN FACVLTATE OBTINENDI
CANDIDATO PRAESTANTISSIMO

## GOTLOBIO BENEDICTO LOCHMANNO
DRESDENSI
IVRIS BACCALAVREO ADVOCATO IMMATRICVLATO ET NOTARIO PVBLICO CAESAREO
DIE IX. OCTOBRIS MDCCLXVI. COLLATOS
INDICVNT

---

# RHAPSODIA
*Quaeſtionum in foro quotidie obvenientium, neque tamen legibus deciſarum.*

Collectio XIII. Tomi ſecundi initium.

---

LIPSIAE
LITTERIS VIDVAE LANGENHEMIAE.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793745-p0003-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793745-p0004-2
DFG

Quas duobus abhinc annis edidit Ordinarius forenſes Obſeruationes CCXXXIV. emendata plurimum editione in Octauo iterum publicauit, cui quidem nouae editioni quaedam nondum impreſſae Obſeruationes adiectae fuerunt, *De inceſtus poena in electorali Saxonia*, *De Sodomia*, *De repetitione libelli ſiue prouocatione*, *De legatis ad pias cauſas*, *De honorario curatoris ſexus*, *De emtore in mora verſante*, *De odio fideicommiſſorum*, *De vxore fundum abſentis mariti recte alienante*, *De affinibus*, *De donationibus viuo teſtatori factis mutato teſtamento non repetendis*, *De inuentarii ſumtibus*, *De prouaſallis Germanice Lehntrægern*, *De ſponſalibus concubitu firmatis*, *De infantibus expoſitis*, *De blaſphemiae variis generibus*, *De ſtipulationibus tertio factis*, *De cauſis poenam adulterii mitigantibus*, qua quidem intercalatione factum eſt, vt Obſeruationum omnium numerus ad CCLI. adcreuerit; Nunc, poſt hanc excurſionem, ſic in viam redit.

## OBSERVATIO CCLII.

*Propter Feodum conſenſu domini oppignoratum actio hypothecaria inſtitui poteſt in foro domicilii et coram iudice territoriali.*

*Executionem tamen in ipſam feodi ſubſtantiam nemo decernit, niſi regiminis collegium, quod curiam clientelarem praeſentat.*

Si in foro domicilii actio hypothecaria inſtituatur, non ſolum fructus adiudicamus creditori, ſed ipſius beneficii poſſeſſionem, hac formula: *Daſs Beklagter das verpfændete Lehn Klægern ſo lange, biſs er wegen des Hauptſtammes derer 1000. fl. auch rückſtændigen Zinnſen, daraus befriediget, abzutreten und einzuræumen ſchuldig.* Quodſi autem res deinde ad executionem deueniat, nemo eam in ipſam feodi ſubſtantiam decernere poteſt, niſi curia clientelaris et ipſe dominus directus. LVDOVICI *Lehnsproceſs cap. 15.* Vide etiam *O. P. R. ad titul. 40. §. 1.*

## CCLIII.

*Dotalitium non ceſſat propter ſecundas nuptias.*

Noua ESTORIS in *Diſp. An dotalitium propter ſecundas nuptias ceſſet*, et BVRCHARDI GOTHELF STRVVII *in Elem. Iur. Feud. cap. 13. §. 388.* opinio facile refellitur ex Gloſſa Iuris Feodalis Saxonici cap.

57. vbi verba: *Auch ſolt ihr wiſſen, daſs die Manne, die ſich beweiben mit ſolchen Waibern die Leibgedinge hat etc.* Item: *Nimt ein Mann eine Witbe die Leibgedinge hat, der Mann iſt ihr Vormund ihres Guthes dieweil ſie lebet, und darum nimmt er auch alle die Pſleg und Früchte.* Idem ſcriptum *in I. P. S. lib. 3. art. 76.* Secundum haec dotalitium ad mortem vſque perdurare, etiamſi vidua ad ſecunda vota tranſierit, pronunciauimus ſaepe et nuper adhuc Gothano cuidam, Menſe Septembri 1766. Imo veterem hanc opinionem prae noua praeualuiſſe in Imperiali Camerae Iudicio, diſcimus ex CRAMERI *Nebenſtunden P. 9. p. 3.* Eſt ſane acceptatio dotalitii non alius niſi merus contractus vitalitius.

## CCLIV.

*Aureum contra improbos conductores remedium.*

*Sequeſtrationis proceſſus eſt ſummariiſſimus.*

*Non biennium requiritur, vt propter mercedem non praeſtitam conductor expellatur, ſed ſufficit ſi generatim bis non ſoluerit.*

*A ſequeſtratione ſe liberare poteſt conductor, ſi fideiuſſores idoneos ſiſtat.*

*Non admittenda in ſequeſtrationis proceſſu leuteratio.*

Anxie ſaepius locatores fraudibus coloni circumſcripti petierunt, vt quoniam agros conductores incultos relinquant et omnia perdant, trabes ex aedibus ſerra eximant et fornaci deuorandas iniiciant, ſiluas ad perniciem vſque depopulentur et praedio ad ruinam vſque abutantur, hos peſſimos ante finitum locationis tempus, deiiceremus. Vtcunque autem miſerti fuerimus iniquae conditionis, defuit tamen huc vſque remedium, quo malum tale pelleremus. Nam ſtatim in promtu erat colonorum exceptio: Nondum finita locatio; Habes interea praeſtitam a nobis ſecuritatis cauſa pecuniariam cautionem; Si mercedem non ſoluimus, ſi inuentario conſignatas res vendimus, ſi quid perdimus, age contra nos locati actione. Credo equidem hiſce inprimis temporibus omnia laboraſſe dicaſteria, vt viam aliquam et rationem inuenirent, qua fraudibus hiſce conductorum fraenum iniiceretur, ſed excuſſis ſedulo omnibus iurisprudentiae loculis non reperiebatur vllum contra ſonticum malum remedium. Allucebat quidem nobis Lex 3. C. de locat. in qua, ſi colonus praedio conducto abutatur, eum expelli poſſe, Imperator permittit.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793745-p0006-3

mittit. Verba haec ſunt: *Aede, quam te conductam habere dicis, ſi penſionem domino in ſolidum ſoluiſti, inuitam te expelli non oportet, niſi propriis vſibus dominus eam neceſſariam eſſe* PROBAVERIT, *aut corrigere domum maluerit, aut tu male in re locata verſatus es.* At ſi talis abuſus conducti praedii ſolenniter iudici probandus, bone Deus! facillime protrahet hanc litem conductor, vſque dum finis locationis ſuapte appropinquauerit. Adeoque quod lex vna manu praebet, altera eripere videtur, nam ad penitus remouendum conductorem et plane diſſoluendum contractum ſolenni probatione opus eſſe, et ipſe putauerim et omnes omnino doctores conſentiunt. Illos vero, qui vſque dum haec probatio perficiatur, ſequeſtrationem decernendam putarent, illud ipſum obueniens in ſuperiori lege verbum: *Probauerit,* illico deterrebat. Sed ſalua res eſt, nam etiamſi vel maxime ad penitus diſſoluendum locationis et conductionis contractum ſolenni probatione opus eſſe conceſſerim, tamen ea non opus eſt, ſi de ſequeſtro decernendo quaeſtio incidat. Itaque menſe Auguſto 1766. collegium ſtatuit, ſatis demonſtratum eſſe, ad ſequeſtrationem obtinendam, rei conductae abuſum, ſi, per ocularem inſpectionem, adcitato conductore rite inſtitutam, in deterius omnia vergere nec culta eſſe noualia, aliaque damna pateant. MEVIVS *P. 5. Deciſ. 347.* aut ſi duo teſtes ſummarie interrogati iurauerint, conductorem in conductas aedes meretrices recepiſſe et lenocinio ſe ſuosque ſuſtentare. Hoc facto, licet propter defectum ſolennis probationis diſſolui totus contractus nequeat, tamen Sequeſtratio, non quidem ruri a Iuſtitiario, domini vt plurimum familiari, ſed a dicaſterio decerni poteſt. *L. 20. princ. et §. 4. C. de agricolis et cenſitis et colon. Cap. fin. X. de ſequeſtr. fruct. et poſſ.* Item Imperatores Antoninus et Verus in L. 21. §. 3. ff. de appellat. reſcripſerunt: *Quamuis vſitatum non ſit fructus agri, de quo diſceptatio ſit, deponi, tamen cum depopulitarentur ab aduerſario, aequum ſibi videri fructus apud ſequeſtres deponi.* Sed et doctores omnes conſentiunt, GAIL. *lib. 1 Obſ. 148* et MYNSINGER *lib. 5. Obſ. 35. n. 4.* vtpote qui ex iure demonſtrant, ſtatim ad ſequeſtrationem deueniri, ſi is qui rem detinet, de fuga ſit ſuſpectus, aut eam dilapidet, aut fructus populetur. Iam vero a me nemo poſtulet, vt ipſi ad ſequeſtrationem obtinendam mero ſummario proceſſu opus eſſe, demonſtrem, cum in rebus admodum notis et peruulgatis ſufficiat dubitantes ad libros iure conſultorum et ad doctorum auctoritates remittere, quod quidem facere non ſuperſedeo, eos ablegando ad MEVIVM *P. 5. Deciſ. 233. num. 5. et 6.* BÖHMERVM *Tom. 2. P. 1. Conſil. 313. num. 10.* CARPZOVIVM *in Proceſſ. tit. 1. num.*

 49.

49. ablegans vt plane mirum ſit, in Ordinatione Proceſſus Recognita tit. 1. §. 6. inter caetera Summarii exempla ſequeſtrationis proceſſum non nominatum fuiſſe. Hoc certum habeo, non eſſe in ſequeſtrationis proceſſu, quoniam de poſſeſſione momentanea agitur, admittendam leuterationem. Interea tamen, cum ſequeſtratio declinari poſſit, datis fideiuſſoribus aut alia ſatisdatione, non debent audiri conductores, ſi ſuam initio contractus præſtitam cautionem allegent, quae plerumque exigua et leuibus damnis vix idonea, quoniam omnes locatores plerumque ſuos colonos ab initio bonos facile praeſumunt. Igitur vbi malos euentus demonſtrat, praeter eam noua cautione de non amplius deteriorando opus eſt, ſi ſequeſtrationem decretam per eam remouere cupiant. Nunc ipſam ſententiam noſtram ſuperius allegatam apponimus: *Daſs Klægers auf Räumung der Mühle gerichtetes Suchen nicht ſtat hat, es mag aber, wenn zweene oder mehrere von den Ausſtellern des* fol. 30. *befindlichen Zeugniſſes, ſothanes Atteſtat vermittelſt Eydes beſtärken, mit Sequeſtration der verpachteten Grundſtücke, biſs zu Austrage gegenwærtigen Rechtshandels, wohl verfahren werden.* RATIONES: *Obwohl die Rechte klährlich beſagen, daſs ein Pachter, wenn er in zwey Jahren keinen Zinſs abführet, desgleichen:* ſi in re locata male verſetur, *L. 54. §. 1. D. loc. cond. Auth. Qui rem huiusmodi C. de SS. eccleſ.* eamque, vel ſaltim partem eius, deteriorem faciat, ſtatum eius, in quo erat, diminuendo, et de ea re conſtet, *noch vor Endigung der Pachtzeit aus dem erpachteten Guthe durch richterliche Hülfe abgetrieben werden könne.* WEGIUS *de locat. cond. c. 12. §. 34. ſeq. §. 53. ſeq. welches inſonderheit ſtat findet,* ſi conductor agros ſecundum morem regionis non colat, MANTICA *de tacit. et ambig. conuent. lib. 3. tit. 7. num. 17,* quia tacita ineſt contractui conditio: ſi penſionibus paruerit et, vt oportet, coleret. *L. 54. §. 1. D. loc. cond.* MÜLLLER *ad Struuii Syntagm. Exercit. 24. §. 12. not. d. ſo gar daſs nicht einmal ein* pactum de non expellendo ob abuſum rei *für gültig geachtet wird.* STRYK. *Cautel. Contract. Sect. 2. c. 9. §. 17.* WEGIUS *de locat. cond. c. 12. ʃ. 54. albier aber Beklagter nicht nur ſeit Johannis* 1764. *kein Pachtgeld entrichtet, ſondern auch in Anſehung des Miſsbrauchs der erpachteten Mühle und dazu gehöriger Grundſtücke die* fol. 29. ſeq. *befindlichen Atteſtate wieder ſich hat.* Dennoch aber und dieweil *Beklagter in dem Pachtbriefe der Ausflucht des nicht erfüllten Contracts ſich keinesweges begeben, ein folglich Klæger zuförderſt die Seiten ſeiner beſchehene Erfüllung deſſen, beweiſen muſs, weswegen auf Räumung des Pachtes wegen nicht bezahlter Pachtgelder nicht zu erkennen geweſen, ſo wenig ſolches auch wegen der vorgegebenen* Deterioration *füglich geſchehen*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793745-p0008-4

*hen mögen, da ſelbige zur Zeit behörig nicht erwieſen,* MEVIVS *P. 2. Deciſ. 33.* BRVNNEMAN. *ad L. 3. C. locat. cond jedoch da ſolcher geſtalt beyde Theile darüber: Wer biſs zu Ausgang gegenwärthigen Rechtshandels in dem Beſitze und Genuſſe der Mühle verbleiben ſolle? unter einander ſtreitig, als in welchem Falle, oder wenn* metus dilapidationis *vorhanden, die Sequeſtration zu veranſtalten, in denen Rechten nachgelaſſen, auch um hierzu zu gelangen, keines weges förmlicher Beweiſs erforderlich, ſondern nur eine ſummariſche Unterſuchung und* aliqualis demonſtratio *hinlænglich,* FRANC. CVRTIVS *de Sequeſtrat. num. 32. alhier auf Sequeſtration, daferne obangeregte Atteſtate von einigen derer Ausſteller eydlich beſtærket werden, das Abſehen zu richten, um ſo mehr billig geſchienen, da auſerdem Beklagter die Mühle ſamt Zubehör ohne Abgabe des geringſten Pachtgeldes, wie er ſchon 2 Jahre lang gethan, ferner biſs zu Ende des Proceſſes unbilliger Weiſe bey einem zwar anfangs beſtelten aber nur geringen Pachtvorſtande nutzen würde, dahingegen durch die erkannte Sequeſtration beyden Theilen ihr Recht vorbehalten wird, So iſt etc.*

Hoc loco et illud monere non ſuperuacaneum videtur: memoratum in iure Romano biennii tempus, hodie non de vero biennio, ſed de duobus ſolutionis temporibus: *Wenn der Pachter zwey Termine ſchuldig geblieben,* accipiendum eſſe. Nam apud Romanos merces demum ſub finem ſingulorum annorum numerabatur, *L. 24. pr. ff. L. 36. L. 54. §. 1. ff. loc. cond. L. 34. ff. de reg. iur. L. 29. L. 140. ff. de verb. oblig.* Iam vero, cum hodie non annuatim, ſed ſemeſtribus ſingulis imo breuioribus ſpatiis, mercedem ſolui moris ſit, merito ſubſcribimus auctoritati doctorum, qui etiam breuius tempus ſufficere ſtatuunt. BERGER. *Oec. Iur. lib. 3. tit. 4. §. 25. not. 3.* WERNHER. *P. 1. Obſ. 136.* LEYSER. *Specim. 220.* MENKE *Pandect. lib. 19. tit. 2. §. 15.* RICHTER *Deciſ. 81. num. 1.*

## CCLV.

*Cur vidua geradam inuentario hereditatis maritalis inſerere iubeatur?*

*Nemo res proprias conſignare cogitur.*

*Aeſtimatio rerum conſignatarum iuri iurando ſpecificationem edentis non committenda.*

*Documenta etiam ſpecificationi inſerenda.*

*Nomi-*

## *Nomina, omiſſa quantitate cuiusque debiti, iuranda.*

Experior multos rationem comprehendere non poſſe vſitatae in collegio huius pronunciandi formulae: *Daſs Beklagte zu eydlicher Beſtärckung der überreichten Specification über ihres Ehemannes Nachlaſs, jedoch mit Hinweglaſſung der Taxe ingleichen auch derer ſowohl obhabenden als auſenſtehenden Schulden zu laſſen, es könte vnd wolte denn Kläger: Daſs ein mehreres, als angegeben worden, in der Erbſchaft vorhanden gewesen wie Recht erwieſen, ſo iſt mit der Eydes-Leiſtung annoch anzuſtehen;* Item et hoc miratos fuiſſe, quare vidua etiam res vtenſiles, quae tamen adhuc viuo marito iam ad eam iure dominii pertinent, saepius iubeatur ſuae iuratae ſpecificationi inſerere, cum tamen lex nullibi mandet, vt quis res ſuas proprias conſignet et deſcribat, ac nemo ſic homo ſimplex imo magis ſtultus inueniatur, vt publico inuentario ſua bona immiſceat, nec ad hoc adigi poſſit. Contra vero, cum nihil magis neceſſarium videatur, quam vt aes alienum pariter atque nomina conſignentur, ſaepius tamen pronuntiari, haec, pariter atque rerum aeſtimationem margini adſcriptam, ex iurisiurandi formula omitti debere. Quamobrem non ingratum fore lectoribus puto, ſi reſponſum adſcribam ex quo cauſas huius formulae cognoſcere poſſint: *Dennoch aber und dieweil ein Inventarium oder die ſtat deſſen eingeführte eydliche Specification nichts anders, als ein Verzeichniſs dererjenigen Sachen iſt, ſo aus dem Nachlaſſe eines Verſtorbenen ſich jemand angemaſet, alſo dieſe Anmaſung und* Occupation *den Grund der Obliegenheit dergleichen Verzeichniſs zu überreichen, lediglich abgiebet, wannenhero die eydliche Beſtärckung über ſolche Grenze ſich nicht erſtrecken, noch der Witbe, daſs ſie das Inventarium, ſo die Vormündere übergeben, nicht einmal* de credulitate, *zu beſchwören, angehalten werden darf; ſondern genug iſt, wenn ſie nur von denenjenigen Sachen, welche dem Verſtorbenen gehöret und deren ſie ſich wircklich angemaſet, (ſie mag ſie übrigens jetzo noch beſizen oder verſchencket und verkaufet haben,) ein Verzeichniſs in die Gerichte liefert, ſo dann Kläger, daſs ſie auch ihre eigene Gerade und das Muſtheil mit hinein bringen ſolle, um des willen mit Recht begehret, weil, wenn ſchon ſolche der Witbe Eigenthum, gleichwohl dieſelbe nicht ihre eigene Richterin abgeben und nach ſelbſtigem Gutbefinden, was zur Gerade gehörig? beurtheilen darf, immaſen, ſo bald nur der geringſte Zweifel, auch fremde Sachen mit verzeichnet werden müſſen, weil* L. 22. C. de iure delib. *ausdrüklich beſaget*: ſuper his rebus, quas defunctus mortis tempore habebat, inuentarium conficiendum; ſupponere

tamen

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793745-p0010-5

tamen heredem non neceſſe eſt quantitatem rerum, *durch welche leztere Wortte die Taxe oder der Werth verſtanden wird, welche ebenermaaſen, zumal bey wichtigen Dingen, ohne des Gegentheils Einwilligung nicht alſo fort auf den bloſſen Eyd zu ſtellen, und auf gleiche Weiſe ſowohl die obhabenden als auſenſtehenden Schulden des verſtorbenen zwar anzuzeigen, jedoch aus der Eydes Notel hinweg zu laſſen, ſintemaln wenn zum Exempel die Withe unter des Verſtorbenen Ehemannes Schulden ihr Eingebrachtes angeſezet hätte, ſie doch ſolches ſich nicht ſelbſt zuſchwören könte, oder fals ſie würklich ſolches unter andern Schulden mit beſchworen hätte, dieſes im Erfolge mancherley Bedenklichkeiten und Widerſprüche nach ſich ziehen würde. So iſt etc.* Interea tamen negare non poſſum, in noſtris ſententiis verba: *Mit Hinweglaſſung der auſenſtehenden ſo wohl als obhabenden Schulden,* mihi non ſatis adaequata videri, cum ſaepius defuncti potiores facultates in nominibus conſiſtant adeoque quam maxime interſit, haec potiſſimum conſignari, vt neſciam, anne formula ſententiae commodius ita inſtruatur: *Jedoch mit Hinweglaſſung derer obhabenden Schulden, und ſo viel die auſenſtehenden betrifft, nur überhaupt dergeſtalt: daſs Beklagte deren mehrere nicht anzugeben wiſſe, und ſie dergleichen weder eingehoben noch wiſſentlich verſchwiegen, im übrigen aber ebenermaaſen mit Hinweglaſſung der Summe einer jeglichen Schuld, beſchehenen Einwendens ungeachtet, billig zuzulaſſen.* Secundum haec iudex ipſam iurandi formulam ita concipiet: *Ich N. ſchwöre hiermit zu Gott dem Almæchtigen einen leiblichen Eyd: daſs das mit ☾ bemerkete Verzeichniſs, ſo ich von meines verſtorbenen Ehemannes Nachlaſſe eingereichet, und mir wiederum von Stück zu Stück vorgeleſen worden, in allen, ſo viel mir wiſſend, richtig ſey, und ich daraus mit Vorſatze nichts hinterhalten habe, inſonderheit daſs, ſo viel die auſenſtehenden Schulden betrift, ich derer mehrere nicht anzugeben wiſſe, und dergleichen weder eingehoben, noch wiſſentlich verſchwiegen, endlich daferne mir etwas, ſo zu dieſer Verlaſſenſchaft gehörig, annoch beyfallen ſolte, ich ſolches treulich angeben wil, So wahr mir Got helffe und ſein heiliges Wort.*

## §. CCLVI.

*Crudelitas in beſtias referenda inter crimina extraordinaria. Punitur carcere, imo relegatione.*

*Secundum ius naturae hominum erga beſtias aeque ſancta, quam erga homines, officia.*

Iura hominis in bruta omnes cantant, nemo officia. Tale nempe noſtrum genus, quod ſe diuinitati proximum imo vix genios ſiue angelos praeſtantiores putat. Solemus plerumque nos, nec de caetero quicquam,

quam, curare. Quid mirum ergo, ſi extiterint, qui officia hominis erga beſtias plane negarent. Quare hoc autem? Quia nimirum animalia ius exigendi non habeant, ſiquidem ius et obligationes correlata ſint. Merus hic in verbis luſus. Neque enim placet definitio, vt ſit Officium, quod alter a te exigendi ius habeat. Hac ratione enim nulla eſſent in naſciturum aut infantem officia; ſed potius actio, quam lex naturae a nobis exigit, Officium dici ac definiri debet. Id omne ſi recte explicare velimus, non animalibus tale officium debemus, ſed deo. Itaque hominum erga beſtias obligationes naturales ſtatuo, et quod ſcriptum ius attinet, non dubito crudelitatem in animalia iſtis, de quibus in Pandectis titulus extat, *criminibus extraordinariis* annumerare, quae arbitraria iudex poena coercet, etiamſi lex ſileat. Nam atrocitatem delictorum non ſolum ex damno alteri dato metiri debemus, verum etiam vitioſitas animi, quae in maiora erumpere poſſit, poenis coercenda. Nam ſi ad ſolum damnum reſpicere velimus nec blaſphemia, nec inceſtus punibiles eſſent, quoniam his quidem delictis nullus hominum laeditur. Quis dubitet arietes viuos excoriantem aut cornicum oculos configentem exſatiandae crudelitatis cauſa, pernicioſiorem ciuem eſſe et deo magis inuiſum, quam ſi quis leuiori iniuria hominem afficiat? Non aliud profecto certius mihique exploratius animi ſcelerati indicium, quam improba in beſtias ſaeuiendi cupido. Iam vero cum alio tempore a nobis demonſtratum ſit, dandam eſſe operam principi, vt non tam delicta iam perpetrata puniat, quam potius, ne perpetrentur, caueat et imis radicibus tempeſtiue primam peccandi occaſionem euellat, ne tam effectus, quam morbi cauſa, tollatur, operae pretium eſt in praeſenti aliquas crudelitatis poenas lectoribus tradere. Quis tam efferati et inhumani animi eſt, quin crudelitatem inter crimina referenda eſſe putet? Nihil enim verius quam, quibus volupe eſt in animalia ſaeuire, eosdem, ſi poſſent et liceret, pari ratione tortores hominum futuros eſſe. Vnde inter Stoicorum paradoxa illud quoque: ſi quis, cum cauſa non eſſet, gallum gallinaceum necauerit, idem crimen videri, quam ſi quis patrem occiderit. Itaque nos menſe Auguſto 1765. transmittente ad Facultatem iuridicam Lipſienſem acta criminalia Treffurtenſe Praefecto, ſcelerato cuidam, qui noctu in alterius ſtabulum clam irrepſiſſe et inuidiae cauſa linguam vaccae dimidiam cultro abſcidiſſe accuſabatur, ſex ſeptimanarum carceres dictauimus. Videri poterat cauſa mere ciuilis, nec amplius, quam in aeſtimationem damni hominem ſcelerati pectoris condemnari potuiſſe; ſed praeter animalis pretium inſuper etiam criminaliter hanc vitioſitatem animi poena coercendam eſſe putabamus, imo non pauci

erant, qui inquiſitionem dictandam eſſe innuerent, argumento Conſtitutionis Elect. 18. P. 4. quae delictum in animalia, ſi quis paſcua veneno infecerit, etiam igne coercet, ſcilicet damno inde ſecuto, alioquin decernitur fuſtigatio. Ecce ſententiam: *Daraus ſo viel zu befinden, daſs ieztgedachter V. dem Schulmeiſter Eiſsenbranden den durch Verletzung ſeiner Kuh zugezogenen Schaden, auf der Sache verſtändiger Ermeſſen, zu erſetzen ſchuldig und hierüber ſeines begangenen Frevels halber, über das bereits erlittene, annoch mit 6. wöchentlichem Gefängniſſe zu beſtrafen: Es könte und wolte denn derſelbe, nach vorgehender ſcharfen Verwarnung für der ſchweren Strafe des Meineydes, vermittelſt ſeines leiblichen Eydes ſich reinigen und daſs er zu der angegebenen Zeit beſagte Kuh in die Zunge nicht geſchnitten, noch ſolcher einen oder mehrere Stiche in den Hals zugefüget habe, ſchwören; So iſt er zwar mit Erſatz des Schadens ſowohl der zuerkanten Strafe zu verſchonen; nichts deſto weniger auf beyde Fälle alle verurſachte Unkoſten, auf richterliche Ermäſigung, abzuſtatten ſchuldig.* RATIONES: *Obwohl gar keine Urſache der an der Eyſenbrandiſchen Kuh verübten widerſinnigen Thathandlung zu ergründen, noch daſs V. ſolches Stehlens halber ſich unterfangen wahrſcheinlich wird, derſelbe auch, daſs allenfals der bereits erlittene Arreſt ihm zu ſtatten komme, vor ſich anziehet.* Dennoch aber und dieweil, *daſs er und ſein Eheweib wider den Schulmeiſter Eiſsenbranden verbittert geweſen, aus des leztern fol. 8. geführten Reden abzunehmen: das Begangene ſelbſt aber als eine Ahndungswürdige Boſsheit an ſich zu betrachten, So iſt etc.* Item curſori publico, qui equos ad mortem vsque concitauerat, quoniam ob id iam pluribus menſibus in carcere detinebatur, minorem, quam merebatur, poenam menſe Auguſto 1766. dictauimus, his quidem verbis: *Dieweil der Poſtillion durch eydlich abgehörte Zeugen, daſs er, auf eine unvernünftige und grauſame Art, das ihm untergebene Vieh übertrieben, immaaſen er damit bey Torgau ſogar in lauter Sande und unter heftigem Winde gejaget zu haben, ſatſam überführet, übrigens was die am 27. Merz des 1766. Iahres auf einmal zu Grunde gerichteten zwey Pferde anlanget, der Ausgang und weil beyde an einen Tage umgefallen, ſowohl die übrigen in Acten angezeigten Umſtände ſatſam ſeine Vergehung und unmenſchliches Beginnen an Tag legen; So iſt ernanter G. S. den Werth ſothaner zu Schanden gejagten 3. Pferde dem Poſtmeiſter C. A. F. wenn dieſer ſolchen vermittelſt Eydes anzeiget, zu bezahlen ſchuldig, und wird er, über das bereits erlittene, annoch 12. Tage lang mit Gefängniſs beſtrafet, ſowohl zu Abſtattung der verurſachten Unkoſten billig angehalten.* Neque enim hanc rem tantum ad morum diſciplinam, ſed etiam ad iura ciuilia pertinere,

nere, praeter Electoralem Conſtitutionem ſuperius laudatam, etiam leges Athenienſium Turcarumque probant, et haec BERGBRI in Electis Criminalibus Capitis ſecundi membro 2. §. XI. pag. 113. memorabilia, ſed cum temperamento quodam accipienda, verba: *Nota eum, qui bruta animalia veneno enecat, ſecuto damno gladio puniri.* Vt autem atrocitas delicti etiam ex religionis Chriſtianae dictatis pateat, placet theologum loquentem inducere GERBERVM, qui in Tomo primo *Derer unerkanten Sünden, cap. XXVI.* de illis omni fera, vt mihi videntur, beſtialioribus inoxiorum animalium tortoribus, qui impuriſſimam ex cruciatu voluptatem capiunt, ita declamauit: *Ein rechtſchaffener Mann wird kein Thier mit alzuſchwerer und ſtetiger Arbeit überladen und mit Unbarmherzigkeit es nicht ſchlagen. Gott läſt Graſs wachſen für das Vieh, ſo gut als für den Menſchen. Zu Athen hat es ſich zugetragen, daſs einem Rathsherren, als er im Gerichte geſeſſen, ein Sperling, der von dem Habichte verfolget ward, in ſeinen Buſen oder weiten Rock geflogen, der ihn alsbald erwürget, da er ihn doch billig hätte erhalten ſollen, weil er bey ihm ſeine Retirade und Sicherheit geſuchet; der Rath hat ihn als einen böſen Mann verurtheilet, weil er ein ſo grauſames Gemüthe ſpüren laſſen. Einer Nahmens Praxiteles hat einem Hammel das Fell lebendig abgezogen, weshalben ihn der Rath zu Athen den Staupenſchlag zuerkant.* PLVTARCH. *Or. I. de eſu carn. Du erſtauneſt über die teufliſche Grauſamkeit dieſes Menſchen. Wie? thun denn die Fiſcher mit den Fröſchen nicht eben daſselbe? Es iſt unter einen Froſch und Schafe, unter einer Fliege und einen Ochſen diesfals nicht der geringſte Unterſchied, weil die Fliege eben dergleichen, ja noch zärtere Empfindungen hat. Auch haben die Athenienſer einen Knaben zum Tode verwieſen, der ſeine Luſt daran hatte, daſs er den Krahen die Augen ausſtache, weil ſie urtheilten, ſolche Grauſamkeit wäre ein Anzeichen eines grundböſen und höchſtſchädlichen Gemüths. Wie hart die Türken denjenigen beſtrafen, der ein Thier unbarmherziger Weiſe umbringet, kan bey dem* BVSBEQVIO *in ſeinen epiſtolis Turcicis pag. 170. geleſen werden. Daſs man ſich auch am Vieh verſündigen könne, ſehen wir aus den* Sprüchwörtern SALOMONIS XII, v. 10. Der Gerechte erbarmet ſich ſeines Viehes, aber das Herz des Gotloſen iſt unbarmherzig; et alio loco idem GERBERVS: *Die Pferde können nicht mehr ziehen, als in ihrem Vermögen ſtehet; nun überladet mancher Fuhrmann das Vieh ganz unbarmherzig. Wenn ſie nicht mit der Laſt fortkommen können, alsdenn ſchläget er grauſamlich auf das arme Vieh, fluchet Donner und Teufel dazu. Thuſt du das, ſo biſt du dümmer als das Vieh. Es ſolte durch ökonomiſche Geſetze beſtimmet werden, wie viel man einem Pferde oder Eſel auflegen dürfe;* PAVLVS *ſaget* Röm. 8. Wir wiſſen, daſs alle Creatur ſehnet

net ſich mit uns, und ängſtet ſich immerdar, denn ſie möchte gerne frey werden von dem Dienſte des vergänglichen Weſens, deſſen ſie ohne ihren Willen unterworfen iſt. *Was meynet ihr wohl, wie ſehr das arme Vieh nach ſeiner Art ſeufzen müſſe? Sprecht ihr: es verſtehets ja nicht, wie wil es ſeufzen? Antwort: Verſtehen eure Ohren ſolch Seufzen nicht, ſo höret es doch Gott; obwohl die Creatur, wie* LVTHERVS *ſpricht, keine Sprache hat, wie wir, ſo hat ſie doch eine Sprache, die Gott und der heilige Geiſt höret und verſtehet, wie ſie ſeufzen über Unrecht. Der Herr wird jeden um des willen vor Gerichte führen.* Haec ille. Nuper etiam in quodam libro, 1760. edito qui *Begebenheiten und Einfælle* inſcribitur, de ea re nonnulla expoſita legimus, quae, cum longe veriſſima iudicem, adſcribere non ſuperſedeo: Ita nempe ANONYMVS AVCTOR: *Den geringſten Wurm, der uns nicht beleidiget hat, ohne Urſache umzubringen und zu martern, iſt vielleicht nach gewiſſen Grundſætzen eine gröſsere Sünde, als in Jäheit des Zornes einen Menſchen, der uns geſchadet, zu töden. Was iſt gegen der Unendlichkeit Gottes gerechnet, zwiſchen einer Mücke und dem vernünftigen Zweyfuſse für ein Unterſcheid? Die Vergröſerungs Gläſser haben mir zuerſt die Blöſse des Menſchen und das Lächerliche ſeines Hochmuths entdecket, und mich belehret, daſs alle Geſchöpfe meine Brüder ſind. Da der Almächtige für alles Vieh mit ſo ausnehmender Sorgfalt wachet, da die Vernunft, wie Frau* DESHOULIERE *ſich ausdrücket, kein Vorzug des Menſchen, ſondern ihm blos zur Strafe gegeben iſt, da Got denen Thieren Sinne, Gliedmaſsen und Schönheiten verliehen, deren ſich der Menſch nicht rühmen kan, da dieſe, nicht wie die Menſchen, ſündigen, alſo auch keiner Erlöſung bedurft, und Gottes unendliche Güthe, alles was lebet, beglücken wil; ſo lieget am hellen Tage, daſs ſolcher Abſicht ſich nur ein Böſewicht widerſezen könne und daſs Got die frevelhaften Zerſtöhrer ſeiner Meiſterſtücke haſſe, hingegen ihm gefällig ſey, wenn man ſich gegen die Thiere eben ſo, als gegen die Menſchen, barmherzig erweiſe. Dieienigen, ſo mit henkeriſchen Seelen zur Plage der Geſchöpfe gebohren, ſind Teufel und keine Menſchen. Denn das ärgſte, was von dem Teufel ſich nur denken läſset, iſt, daſs er ſich ein Vergnügen machet, zu quälen. Warlich die Verehrer Mahomets, die der tumme und unwiſſende Pöbel für Wütriche hält, ſind eines beſſern unterrichtet, wobey mir auch gewiſſe Indianiſche Weltweiſen, Abkömlinge derer Gymnoſophiſten, in das Gedächtnis kommen, welche ſo gar Hoſpitäler für alte und Lazarethe für kranke Thiere angeleget. Was würden dieſe wohl gedacht haben, wenn ſie eine chriſtliche Parforce Jagd erlebet hätten? Man ſchämet ſich zu ſagen, wie viel Unvernunft heut zu Tage, wie obbelobter* GERBER *angemerket, bey denen Fuhrleuten und Holzbauern auf allen*

 *Straſsen*

Straſsen zu erblicken. Ich habe mit meinen Augen einen Bauer geſehen, ja ich habe ihn geſehen, den Schandfleck der Menſchlichkeit! der ſein Pferd, einen verhungerten und von Alter dergeſtalt entkräfteten Gaul, daſs er kaum mehr ſtehen konte, zum Jammer aller Umſtehenden erbärmlich grauſam prügelte, weil es ein Hufeiſen verlohren hatte. Die Rache wird ihn finden. Denn wer fleiſsig Acht hat, den kan die Erfahrung lehren, daſs Got denen es vorzüglich wohlgehen läſset, die ſich gegen die Geſchöpfe milde und barmherzig erweiſen. Unter allen halte ich dieſes für das ſicherſte Anzeigen eines guten Gemüthes, weil ſolche Wohlthaten ungezwungen geſchehen, dahingegen der Menſch gegen den Menſchen meiſt nur aus Eigennutz menſchlich iſt. Kurz! das iſt mein in der Vernunft befeſtigter Grundſatz: Wie man wil daſs Gott mit uns verfahren ſolle, ſo müſſen wir gegen die Thiere handeln. Wir ſind ihre Herren, wie Gott der unſrige. Ia es iſt zwiſchen den Menſchen und den Thieren noch lange nicht das Verhältnis, ſo zwiſchen dem Allerhöchſten, gegen welchen der Erdball ein Sandkorn iſt, und der elenden Creatur, dem Menſchen obwaltet. Die Geiſtlichen ſolten in denen Predigten, anſtat Ketzer zu verdammen oder alzuhohe Glaubenslehren, die zwar den theologiſchen Verſtand erleuchten, nicht aber das Herze rühren, und die kein Bauer faſsen kan, Iahr aus Iahr ein, unaufhörlich vorzutragen, mehr wieder diese und andere nicht ſatſam erkanten Sünden eifern. Laſter, ſo die Geſeze nicht beſtrafen und gleichwohl höchſt gemeine ſind, gehören vorzüglich auf die Canzel. Hier ſolten auch die Sittenrichter ſich kräftiger beweiſen. Wenn doch unter denen Geſetzgebern ein neuer TRIPTOLEMVS gebohren würde, welcher, nach des PORPHYRIVS Berichte, denen Athenienſern nur drey Geſetze gegeben, darunter das vornehmſte war: ζωα μη σινεσθαι kein Thier zu beleidigen. Dieſer wolte ſolche nicht einmal denen Göttern opfern. Er hielte für beſſer, den Himmel mit Früchten auszuſöhnen. Allein, weil man nicht gerne Heyden höret, ſo verweiſe ich den Chriſten auf die allerlezten Worte im lezten Capitel des Propheten IONAS, da Gott der Stadt Ninive, wo die Menſchen ſo viel geſündiget hatten, um deswillen ſchonet, weil viel Thiere darinnen. Wer an Pein und Marter des Viehes ein Vergnügen findet, von dem kanſt du ſicher glauben, daſs er mit eben der Wolluſt auch Menſchen zerfleiſchen würde, wenn ihn Geſetze, Gewohnheit und Strafe nicht hinderten. Doch Bären, Hyenen, Löwen und andere ſchädliche Thiere, die mit den Menſchen in beſtändigem Kriege leben, erlaubet das Ius Belli allerdings zu tödten, und wie bey Schiffbrüchen und anderer Hungersnoth zuweilen ſelbſt um die Menſchen geloſet wird, ſo iſt zum nöthigen Unterhalte ſich gegen das Vieh gleichen Rechts zu bedienen, nicht unerlaubt. Wer aber ohne dieſe Nothwendigkeit ein Thier quälet oder tödtet

tet

*tet der widerſtehet denen Abſichten, welche, um alles zu beglücken, die gröſte Güte des Himmels bey Erſchaffung der Welt ſich vorgeſetzet. Welch ein thörigter Hochmuth, zu glauben, daſs die ganze Welt bloſs um meinetwillen erbauet ſey, da doch Got für das Vieh nicht weniger Vorſicht träget:*

Du Sonne wirfeſt ja mit gleichem Vater Sinn
Den holden Lebensſtrahl auf alle Weſen hin.
Wir ſind es nicht allein, den du Vergnügen gönteſt,
Auch Thiere ſolten ſeyn, die du beglücken könteſt.

*Der Menſch iſt ſo gut des Viehes halber, als dieſes um des Menſchen willen erſchaffen, wie nachſtehende Holbergiſche Fabel lehren kan.* Ein Maſtſchwein ſahe, wie vor ſeinem Schweinſtalle die Sonne alle Morgen aufgienge, wie ſie ihm Licht nnd Wärme mittheilte, und wie ſie ſich wieder verbarge, wenn es Zeit war auszuruhen. Es meynte alſo, dieſe Anſtalt wäre blos zu ſeiner Bequemlichkeit gemacht. Es merkte auch, daſs gewiſſe Leute alle Morgen den Schweinſtall eröfneten, um es auf das Feld zu bringen. Dieſe Leute ſahe es als ſeine beſtelten Aufwärter an. Kurz es legte alles zu ſeinem Vortheil aus, und ſahe ſich für die Quinteſſenz aller erſchaffenen Dinge an. Aber juſt da es für Hochmuth ganz auſer ſich war, kam der Schlächter. Diejenigen verdienen eben ſo ausgelachet zu werden, als das Maſtſchwein, welche meynen, daſs unzehlbare Sterne ihrenthalben zur Zierde an Himmel geſetzet ſind, ingleichen die Commeten lieſsen ſich nur diesfals ſehen, um wegen gewiſſer vorſtehenden Begebenheiten die Menſchen zu warnen. HOLBERG, *dieſer vernünftige und unſterbliche Dæne, ſcheint wider den Rechtsgelehrten* CAIVM, *welcher in* L. 38 §. 1. ff. de vſuris *verſichert: Omnes res hominum gratia rerum naturam comparaſſe, geſchrieben zu haben. Allein was braucht es dieſer Fabel, da Flöhe, Ratten, Wölfe, Fliegen, Läuſe und Scorpionen* Caium *zur Gnüge widerlegen. Es fallen mir zum Beweiſe, daſs die Unbarmherzigkeit gegen unſchuldige Geſchöpfe Gott äuſerſt misfällig ſey, auſer obangeführten, noch einige Sprüche heiliger Schrift in die Hände; So wirft zum Exempel in 4 B. Moſ. 22. Capitel v. 28, 32, 33. der Engel des Herren dem Bileam vor, daſs er ſeine Eſelin mit Unvernunft gezüchtiget:* Warum haſt du deine Eſelin geſchlagen? Wo ſie nicht vor mir gewichen hätte, ſo wolte ich dich erwürget und die Eſelin lebendig behalten haben. *Hiernæchſt iſt dieſes ein Ausſpruch der ewigen Weisheit:* Der Gerechte erbarmet ſich ſeines Viehes. *Ferner wird im 5. B. Moſe 22. Cap. v. 6. 7. denen, ſo ſich gegen die Thiere milde erweiſen, langes Leben und Wohlergehen verſprochen. Denn nachdem daſelbſt im vorhergehenden 4. Verſe geſaget worden, daſs wer auf dem Wege einen Ochſen, Eſel oder ander Thier fallen ſæhe, ſich deſſen nicht entziehen, ſondern*

*ihm*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793745-p0017-4

*ihn aufhelfen ſolle, ſo fæhret der heilige Geiſt fort und ſpricht:* Wenn du auf den Wege findeſt ein Vogelneſt mit Jungen, und daſs die Mutter auf den Jungen ſitzet, ſolt du die Mutter fliegen laſſen, auf daſs dir es wohl gehe, und du lange lebeſt. *Sogar der Sabbath war dem Zugviehe zur Ruhe verordnet. 5 B. Moſ. 5. v. 14.* Am ſiebenden Tage ſolt du keine Arbeit thun, noch dein Ochſe, noch dein Eſel, noch alle dein Vieh. *Daſs das Mitleiden gegen die unvernünftigen Geſchöpfe nicht ein Werk der Barmherzigkeit, ſondern ein Werk der Gerechtigkeit ſey, lehret der 39. Pſalm:* Herr, deine Güte reichet ſo weit der Himmel iſt, und deine Gerechtigkeit ſtehet wie die Berge Gottes: Du hilfeſt beyde Menſchen und Vieh; *und der 147ſte* Der dem Vieh ſein Futter giebet, den jungen Raben die ihn anrufen. *Iſt es erlaubet einen apocryphiſchen Schriftſteller mit unter die heiligen zu mengen, ſo höre, was* SIRACH *ſpricht:* Einen frommen Knecht habe lieb; haſt du Vieh, ſo warte ſein. Huc vſque ille ANONYMVS, cuius omnia probo, ſcripſit enim haec plane ex animi mei ſententia.

## CCLVII.

### *Donationem propter nuptias morte mariti interire Carpzouius peruerſe ſtatuit.*

### *Vidua dotalitium repudians et ſua repetens, praeter dotem etiam donationem propter nuptias exigit, ſi talis promiſſa ſit.*

### *Neque tamen hanc donationem a feodali ſed allodiali ſucceſſore poſtulat.*

Viduam illata repetentem praeter dotem etiam promiſſam donationem propter nuptias exigere, praeter BARTHIVM *de Gerada c. 6. §. 35.* etiam hoc Facultatis Iuridicae Lipſienſis Reſponſum anno 1766. menſe ſeptembri emiſſum abunde probat: *Obwohl einige Rechtsgelehrten:* CARPZOV *Conſtit. 42. P. 2. defin. 1. num. 8. daſs nicht allein nach Abſterben des Eheweibes das Gegenvermæchtniſs auf deren Mann oder deſſen Erben wieder zurück kehre, ſondern auch daſs in dem andern Falle, wenn der Ehemann zuerſt verſtirbet, die Witbe weiter nichts verlangen könne, behaupten, als welches auch denen Römiſchen Rechten* L. un. §. 6. C. de rei vxor. act. Cap. fin. X. de donat. inter vir. et VX. MEIERI Colleg. Angentorat. lib. 23. tit. 3. §. 37. *ziemlicher maaſen gemäſs iſt. Dennoch aber und dieweil dasjenige ſo* Carpzov *an angezogenem Orte lehret, von andern Rechtslehrern und unter ſolchen dem* LVDOVICI in doctrina Pandectar. lib. 23. tit. 3. §. 10. *mit tüchtigen Gründen widerleget worden*, quondam hac ratione

tione donatio nullum haberet effectum, quoniam vxor iam ſine hac ſecuritate per donationem propter ruptias quaeſita, tacitam hypothecam imo ius praelationis in bonis mariti habet, *alſo nach heutigem, beſonders Sæchſiſchen Gerichtsbrauche die Witbe des Gegenvermæchtniſs als ihr Eigenthum überkommet,* STRYK. Vſ. Mod. lib. 23. tit. 3. §. 18. *immaſsen ſie, wenn nach des Mannes Tode ein Concurs entſtehet, wegen des Gegenvermæchtniſſes, in ihrer behörigen Ordnung, wiewohl in Churſachſen nur unter denen gemeinen Glæubigern, angeſezet wird, und wohl zu erwegen, daſs die Römiſche und eigentlich ſogenannte* donatio propter nuptias *heut zu Tage nicht mehr üblich, ſondern eine ganz andere teutſche Gewohnheit durch Miſsbrauch dieſes Namens fælſchlich alſo benennet wird,* HEINECCIVS El. Iur. Germ. P. I. §. 250. ENGAU Elem Iur. Germ. lib. 1. §. 392. *Welches obangezogener* Carpzov *nicht erwogen, ſondern ſolche Beſſerung des Ehegeldes, in Ermangelung ſatſamer Erkentniſs derer in heutigen Tagen näher aufgeklärten teutſchen Gewohnheiten, lediglich nach römiſchen Maaſs-Stabe abgemeſſen hat; Endlich da der Ehemann ſeinem Gemahl das Gegenvermæchtniſs beſonders und ohne Rükſicht oder Erwehnung des Leibgedinges ſchlechterdings verſprochen; So iſt etc.* Attamen cum donatio propter nuptias non ſicuti dos, feodale debitum dici poſſit, dotem quidem a ſucceſſore in beneficio clientelari, donationem propter nuptias autem ab allodialibus heredibus petet. E contrario vero, ſi dotalitium ſemel elegerit, ius viduae non eſt donationem propter nuptias ab heredibus allodialibus exigendi, quoniam per dotalitium dos, ſimulque haec donatio propter nuptias, plane abſorpta, penitusque deleta eſt.

## CCLVIII.

*Si apoſtoli non petantur, appellatio deſerta.*

*Vt tamen hoc inſtanter, inſtantius et inſtantiſſime fiat, opus non eſt.*

Quae in rubrica dicta ſunt, reſcriptum regium ad noſtrum collegium declarat, huius ſententiae: *Hochgelahrte, liebe getreue; Nachdem Zweifel vorfallen wollen; ob ein Appellant, der in ſeiner* Schedula Appellationis, *ohne ſich der* Formul: inſtanter et ſaepius, *oder* inſtantiſſime *zu bedienen um* Apoſtolos *angeſuchet, dieſes Suchen auch binnen Monats Friſt nicht wiederholet, dadurch ſeine* Appellation deſeriret *habe? So haben Wir aus*

 *unter-*

*unterſchiedener bewegender Urſachen und um mehrerer Gewiſsheit willen, euch Unſere gnädigſte Willens Meynung dahin zu eröfnen vor nöthig gefunden, daſs wenn nur der Appellant in ſeiner* Schedula appellationis *um* Apoſtolos *angehalten haben wird, ſolches vor* ſufficient, *und die eingewante* Appellation *in ihren* Formalien *vor beſtändig geachtet werden ſoll, wenn er auch gleich dabey obiger Formuln ſich nicht bedienet; noch binnen Monatlicher Friſt das Anſuchen diesfalls wiederholet hätte; Wornach ihr euch in Urtheln und Rechtſprechen bey allen vorkommenden Fällen gehorſamſt zu achten habet. Daran geſchicht Unſere Meynung.* Datum *Dreſsden am 21. Februarij, Anno. 1735.*

Siſtimus curſum, quoniam ſic ſatis praeiuimus indictioni ſolennium, quibus doctiſſimus et iuris conſultiſſimus

DOMINVS

# GOTHELF FRIDERICVS LOCHMANNVS

DRESDENSIS

ad Facultatem Doctor creatus atque Noſtris adſcriptus eſt. Is autem cum ipſe ſatis bene et eleganter vitae ſuae atque ſtudiorum rationes narrauerit, poſſumus hac opera ſuperſedere, tranſcriptis iis, quae ipſe nobis ita exhibuit: *Dresdam vrbem Saxoniae noſtrae primariam natalitiam agnoſco. In viuis hic eſſe coepi anno huius ſeculi quadrageſimo tertio, patre mihi aeternum venerando genitus* GOTLOBIO BENEDICTO LOCHMANNO, *rerum clientelarium intimioris admiſſionis Secretario, matre* DOROTHEA FRIDERICA *ex gente* BIRNBAVMIA, *quam praematura morte ereptam iuſta pietate adhuc lugeo. Superſtes itaque Parens optimus et indulgentiſſimus cum dulciſſima coniuge, quam nunc loco matris omni pietate veneror, id maxime curauit, vt a tenera aetate et ſanctiſſimae religionis noſtrae principiis et primis litterarum artiumque imbueret fun-*

*fundamentis. Quibus ornatus, aetate paulo adultior, Lyceum Fribergenſe adii, in quo, a fideliſſimis praeceptoribus* LVTHERO *Conrectore, et* BIDERMANNO *Rectore ſolide inſtructus, altioribus ſtudiis in Academia tractandis me praeparaui. Hoc itaque animo, anno huius ſeculi quinquageſimo nono Lipſiam, bonarum artium domicilium ſedemque celeberrimam, me contuli, atque a* BAHRDTIO *tunc temporis Rectore Magnifico, ciuitati Academicae fui adſcriptus. Qua in Academia optimis, quibus ea abundat, vſus ſum Praeceptoribus. Ac primum quidem, vt, quibus ſtudiis iam eſſem innutritus, in iis magis magisque confirmarer, in litteris quae ab humanitate originem trahunt, tum ſtudiis Philoſophicis, Mathematicis et Hiſtoricis celeberrimorum virorum:* ERNESTI, WINKLERI, B. MÜLLERI, GOTTSCHEDI, GELLERTI, BOEHMII, et HEINSII *praelectionibus interfui. Iam omni animi impetu Iuris ſtudio incumbens,* PLATNERI, B. IO. GODOFR. BAVERI, *nec non* CONRADI, SAMMETII, ZOLLERI, HOMMELII *nunc fatis functi,* FRANKII, BREVNINGII et BAVERI IVN. *doctrinis enixe vſus ſum. Inprimis vero gratiſſima mente veneror praecepta atque beneuolentiae documenta, quae in metiendo ſtudio Academico* HOMMELIVS *Iureconſultus in hac Academia primarius tradidit, atque inde vel maxime probauit, quod mihi anno MDCCLXIV. diſputationem,* de Nobili Vaſallo in dominum committente, *quam ipſe Marte proprio conſcripſi, publice propugnanti praeſidium haud denegauerit. Ad metam ſtudiorum tandem delatus die XIX. Octobris eiusdem anni ſuperato examine, quod iuris Candidati ſubire ſolent, animumque maiori alacritate ad fori exercitationes dirigens, ſuperiori anno poteſtatem cauſas in iudiciis agendi ab illuſtri Regimine Dresdenſi, munusque Notarii ab ampliſſimo huius vrbis Senatu impetraui. Ad altiora nunc nitens, vt quae ex tantorum virorum praeceptis hauſiſſem, etiam ad publicam vtilitatem transferrem, precibus adii nuperrime Illuſtrem ICtorum ordinem, vt ſummi in iure honores, iuncta ſpe ſuccedendi in dicto ordine, mihi traderentur.*

 *Quam-*

*Quamobrem, praelectionibus publicis* ad *C. 3. X. de duct. et vſu pallii* et ad *L. 6. C. de inoff. teſtam. quas more maiorum pro Licentia vocant, abſolutis, examen, quod a rigore nomen ducit, Illuſtris* Ordo *mecum inſtituere, beneuole decreuit.* Haec ille de ſe ipſo. Oblitus autem eſt, aut potius modeſte tacuit, ſe in hiſce tentaminibus ita exhibuiſſe, vt certa ſpes omnibus ſubnaſceretur, eum aliquando vtilem aſſeſſorem collegio futurum eſſe, vnde vnanimi ſuffragio Noſtris, vti vocantur, Doctoribus adſcribendum decreuimus, vt ſuo tempore dignum ſua eruditione praemium capiat. Itaque praelectionibus finitis, ac diſputatione inaugurali *de iurisdictione patrimoniali*, ſine Praeſide habita, hunc egregium Candidatum, dipplomate ſolenni iam emiſſo, vtriusque iuris doctorem cum ſpe ſeſſionis et voti in Facultate noſtra creauimus, quod ita rite factum eſſe, non ſolum actis Collegii inſinuatum eſt, verum etiam maioris fidei cauſa hoc programmate ſignificamus. Lipſiae dominica XX. poſt Trinitatis Feſtum, Anno MDCCLXVI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793745-p0023-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793745-p0024-3

Leipzig, Diss. 1766 A-G

ULB Halle
005 360 536 3

TA-OC

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793745-p0025-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793745-p0026-4

# ORDINARIVS
## SENIOR ET RELIQVI DOCTORES
FACVLTATIS IVRIDICAE LIPSIENSIS
## SVMMOS IN IVRE HONORES
CVM SPE SVO TEMPORE LOCVM IN FACVLTATE OBTINENDI
CANDIDATO PRAESTANTISSIMO
## GOTLOBIO BENEDICTO LOCHMANNO
DRESDENSI
IVRIS BACCALAVREO ADVOCATO IMMATRICVLATO ET NOTARIO
PVBLICO CAESAREO
DIE IX. OCTOBRIS MDCCLXVI. COLLATOS
INDICVNT

---

# RHAPSODIA
*Quaeſtionum in foro quotidie obvenientium, neque tamen legibus deciſarum.*

Collectio XIII. Tomi ſecundi initium.

---

LIPSIAE
LITTERIS VIDVAE LANGENHEMIAE.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793745-p0027-0